Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



23

45

est undecima die ipsius mensis. Propter hanc itaque occul
tam decollationem plurimis annorum curriculis. uenera
bile corpus illius latuit. nec inueniri a xpicolis ualuit.
sed deus omnipotens qui non patitur gloriam occultare sanctorum
suorum. tempore henonis imperatoris. et sancti gelasii pape.
eodem sancto apostolo reuelante inuentum est. atque cum ym
nis et laudibus mirifice collocatum est ad honorem et
gloriam domini nostri ihesu xpi. qui cum patre et spiritu sancto ui
uit et regnat deus per infinita secula seculorum. AMEN.

K. MAI. PASSIO S. IUDE. QUI COGNOMINATUR CURIACUS PER QUE DOMINICA CRUX INVENTA EST.

QUI. SUI PROPRII GENERIS. ET PROPRIE
nature. et propria radice consistens deus qui ante
creaturam mundi eius finem agnoscens. et ante plasma
tionem ade ea que per ipsum futura erant. usque ad nu
merum. et actis et cogitationibus prescienS. solus eternus
rex qui omnibus sanctis propria semper prestat dona. sancti et beati
quiriaci natiuitatem in utero sanctificauit. Verun
tamen anna cum uocaretur. que hunc genuit. et etate
suscepit. sancte anne autem cum omnibus qua direxit in cor
pore cum filio passa est.

POST. AUTEM VENERABILIS. BEATI CONSTAN
tini finem. impius iulianus in regno succedens.
contra persos statim exiit ad bellum. Sancti autem quiri
aci fama perueniens usque ad eius auditum. in sanctam hie
rosolimam peruenit. et statim beatum quiriacum exquisi
uit. Qui cum uenisset. iulianus imperator interrogauit
eum. Quis diceris. Ipse dixit. Iudas quidem a parentibus
cognominatus sum. quando autem misertus est mei uerus